AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Seite 191
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Conuenientia enim testimonia non erunt sicut marcus dicit
cum eundem locum commemorat. Nouissime autem uenerunt duo
falsi testes sicut dicit matheus et dixerunt hic dixit possum dis
truere templum dei et post triduo aedificare illud. Alius etiam
marcus commemorat dixisse. Nos audiuimus eum dicentem. Ego
dissoluam templum hoc manufactum et per triduum aliud non ma
nufactum aedificabo. Et ideo non erat conueniens testimonium
illorum sicut idem marcus ibidem dicit. Et surgens princeps sacer
dotum ait illi. Nihil respondes ad ea quae isti aduersum te testi
cantur. Ihs autem tacebat et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro
te per dm uiuum ut dicas nobis si tu es xps filius dei. Dicit illi ihs. Tu dixisti
haec matheus. Marcus autem alis uerbis dicit. Nisi quod taceat.
Quod eum adiurauerunt princeps sacerdotum. Sed tantum ualere
ostendit quod dicit ihs. Tu dixisti. quantum si dicere ego sum.
Sequitur enim ut ait idem marcus. Ihs autem dixit illi ego sum.
Et uidebitis filium hominis adsentientem uirtutis et uenientem
cum nubibus caeli. Hoc dicit et iam matheus sed non dicit respondis
se ihm ego sum. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua
dicens blasphemauit. quid ad huc egemus testibus. Quod matheus
commemorat. Et sequitur. Ecce nunc audistis blasphemiam.
quid uobis uidetur. Illi respondentes dixerunt reus est mortis.
Hoc etiam testatur et marcus. Sequitur matheus. Tunc expuerunt
in faciem eius et colaphis eum ceciderunt. Alii autem palmas in faciem
ei dederunt dicentes. Prophetizan obis xpe quis est qui te per
cussit. Hoc dicit et marcus commemorat. Et iam quod ei faciem
uelauerunt. Debis lucas quoque attestatur. Haec intellegitur
passus dns usque ad mane in domo principis sacerdotum. quo pri
us adductus est. Ubi et iam petrus temptatus est. Sed de petri
temptatione. quae inter has dnicas contumelias facta est. non eodem
ordine omnes nauerunt. Nam ipse primo commemorat matheus
et marcus. Deinde petri temptatione. Lucas uero explicat
prius temptationem petri. Tum demum has dnicas contumelias.